



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc Paderbornensivm Tvtelaris Divi**

**[S.l.], [ca. 1650]**

Capvt X. S. Martinus Turonensis Episcopus illum visita[n]s, consolator  
adstat morienti. Victurius ei denunciatur successor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45568**

manas annorum, ex quo constitu-  
tus est super familiam Domini ad-  
huc in terris positam, ad eam, quæ  
in coelis est, lætus vocari meruit: vt  
possideret *terram*, quam *mansuetis & Matth. 5. 40*  
*mitibus* Veritas repromisit.

## CAPVT X.

*S. Martinus Turonensis Episcopus illum visitas.  
consolator adstat = orienti. Victurus ei de-  
nunciatur successor.*

**E**ODEM tempore S. Martinus *S. Martinus  
Diui nostri  
coæuus.*  
Episcopus Turonensem rege-  
bat Ecclesiam, Vir Apostoli-  
cis clarus omninò virtutibus: cui  
inter illa, quibus assiduè frui sole-  
bat, Angelicæ colloctionis myste-  
ria, etiam hoc ex diuina reuelatio-  
ne præceptum est, vt ad urbem Ce-  
nomanicam pergeret, atq; ibidem  
in infirmitate positum Dominum, *angelico  
monitu  
S. Liborium  
iam egrum  
visitat.*  
visitaret. Vnde animaduertens, hanc  
Domini infirmitatem de aliquo  
membrorum suorum intelligendã,  
de qui-



Mat. 25. 36.

de quibus ipse dicturus est in iudicio: *Infirmus fui & visitastis me*: coepit illico festinus ad memoratam pergere ciuitatem. Cui cum iam appropinquans, iuxta vineam quandam iter ageret, vidit eminens in ea stantem clericum gradu Subdiaconum, Victurium nomine, operi quidem, quodcumque ibi agendum erat, studiosius insudantem, sed nihilominus frequentatione Psalmodiae laudes Domini decantantem. Hic erat discipulus sancti Liborij, atque in ipsa sua continentiae mentisque & habitus humilitate, bonae institutionis magistri optimi clarum praebat indicium. Quem intuens S. Martinus, reuelante sibi Spiritu sancto hunc esse futurum ibi Episcopum, his eum verbis salutauit, dicens: *Aue noster Pontifex*. Dehinc illi baculum suum dedit, atque ita concito gradu in urbem properauit. In qua inueniens sanctum & verè Deo dilectum Praesulem, iam in extremis

S. Martinus  
Victurium  
salutat Episcopum.

mis



inis positum, & cœlesti tantum  
 gaudio, quò iturus erat intentum,  
 cum ineffabili ab eodẽ lætitia susce-  
 ptus est. Hic verò necesse est, vt no-  
 ster sermo deficiat: quia neminem  
 constat dignè posse referre, quàm  
 diuina, quàm spiritualia, quàm cœ-  
 lestia fuerint eorum colloquia: eũ  
 quã se exultatione mutuò viderint:  
 quo mentis affectu suam ad tem-  
 pus separationem ferre potuerint.  
 Erant enim ambo Christi militum  
 excellentissimi duces: ambo crebris  
 de diabolo triumphis gloriosi. Sed  
 alteri iam reddendum erat præ-  
 mium sempiternum: alteri aliquan-  
 diu differendum, & adhuc pro  
 castris Dei fuerat de-  
 certandum.

*Nota sis  
 dulcedinẽ  
 tam sancti  
 congressus  
 admirandam.*

os [S] so  
 S

CA:



## CAPVT XI.

*Obitus S. Libori, Exequia, Sepultura. Victu-  
rius ei surrogatur. Plurima tam in vita  
huius Diui quàm ad eius sepulchrum mira-  
cula diuinitus ostensa.*

*Migrat ad  
celos S. Li-  
borius.*

*Erbesce  
hæretice,  
qui Exequi-  
as vt heri-  
natas, rides  
& spernis.*

*Iulianus  
primus Ce-  
romanorum  
Antistes.*

**I**GITUR beatus Liborius, præ-  
sente sibi tanto consolatore, suas  
rumq; Exequiarum prouisore,  
decimo Kalendarum Augustarum  
die lætus migravit ad Dominum.  
Cuius venerabile Corpus sanctus  
Martinus cum honore congruo ad  
Ecclesiam extra urbem positam du-  
ci & in ea sepeliri fecit: quam pri-  
mus eiusdem sedis Antistes, Iulia-  
nus nomine construxit, & in hono-  
re duodecim Apostolorum dedica-  
uit. Decebat enim, vt qui Aposto-  
lorum in terra successor, & in coelis  
esse meruit consors, in eorum quo-  
que Ecclesiâ communi cum illis  
memoria coleretur. Sequenti verò  
die vir Dei Martinus populum om-  
nem